

bre, toda la ciencia humana se ha desquiciado hasta el extremo de hacer del mismo hombre casi una bestia, como se ve en el positivismo, como se palpa en las estupendas doctrinas de Darwin.

La teología no se ha replegado, no ha huido: ¡no! la teología ha dado los argumentos para rebatir el error y lo ha visto anquilado, porque la teología no es un fantasma, sino una hermosa ciencia que tiene fundamentos bien marcados en la filosofía, en la verdadera que se llama y debe ser siempre cristiana. Los sabios que de Dios no se apartan son los que van por el sendero que la teología marca á las almas. Creyentes ha habido y hay que asombren al mundo por su ciencia humana, y no digamos que fueron Sechi y Pasteur, por ejemplo, sino que ahí están vivos y admirados en todas las Academias de Europa, hombres de elevada ciencia que pertenecen al gremio católico.

Muy pobre y mesquina es la idea que de su Dios tiene el Sr. Sánchez Mármol, cuando cree que "á proporción que la ciencia crece, se acrecienta Dios." Es lástima que siendo el asunto bastante serio, no podamos reír de buen grado ante la idea de un dios á quien *acrecientan* sus criaturas.

El Sr. Sánchez Mármol, que no nos deslumbra como orador, menos nos conmueve como perito en Hereménutica sagrada, pues está creyendo que cuando San Juan dice *et Verbum caro factum est*, quiso decir que el Verbo vino en el hombre. El hombre no debe tomarse en el sentido del

concepto genérico, sino muy determinado ¡como que se trata del Hombre Dios! Persona única, segunda de la Trinidad Divina.

A vuela pluma, hemos recorrido los graves errores del Sr. Sánchez Mármol. Por lo antes dicho, se verá si no da risa ver que á la Escuela Preparatoria la llame, al fin, *Domus aurea*, el Sr. Lic. D. Manuel Sánchez Mármolque, por lo que le atribuye al Evangelista S. Juan, no parece muy versado en el idioma de Horacio y Cicerón.

### El veto en la eleccion del Papa.

Hemos recibido la siguiente carta que con gusto publicamos:

San Luis Potosí, Abril 28 de 1899.—Sr. Lic. D. Victoriano Agüeros.—Méjico.


En el número 4679, fecha de ayer, del periódico que vd. redacta, lei un artículo: «El derecho de veto en la elección del Papa,» en el cual dice usted:..... «Este *derecho de exclusión* "formal que cada de las tres potencias católicas puede ejercer contra un candidato á la silla de Pedro. De este *privilegio* sólo disfrutaban Austria, Francia y España.»

Ni Austria, ni Francia, ni España tienen ningún *privilegio* ó *derecho de exclusión* (*jus exclusivae*); pues como dice muy bien Monseñor Cavnagnis *Institutiones juris Publici Ecclesiastici*, 1.<sup>a</sup> parte gral. vol. único. Lib. II cap. III. pág. 522: *exclusiva non est jus*, aunque, como se dice en el mismo artículo del TIEMPO, por prudencia los cardenales no nombran al que es objeto de prevención para una potencia católica. La misma observación hace Cavnagnis en el lugar citado y añade: Paulo IV fué electo, no haciendo caso al "veto." No es igual *derecho* y *prudencia*.—*Un subscriptor.*

El artículo lo tomamos de un diario madrileño y ha sido reproducido per varios periódicos.

# COLECCION

DE DOCUMENTOS



ECLESIASTICOS.

Imp. de Luis G. González.-Alcalde R.

Resp. Jesus Berrueco.

TOMO IX.

GUADALAJARA, MAYO 22 DE 1899.

NUM. 34.

## SECCION I.

### CARTA ENCICLICA

de S. Santidad

á los Escoceses.—Llamamiento á la unión.

(CONCLUYE.)

Facile autem apparet quam incerta sit et manca et inepta proposito eorum ratio, qui Scripturarum sensum unice ipsarum Scripturarum ope vestigari posse existimant. Nam eo dato, suprema lex interpretandi in judicio denique consistet singulorum. Jamvero, quod supra attigimus, prout quisque comparatus animo, ingenio, studiis, moribus ad legendum accesserit, ita divinatorum sententiam eloquiorum iisdem de rebus interpretabitur. Hinc discrepantia interpretandi dissimilitudinem sentiendi contentionesque gignat necesse est, converso in materiam mali, quod unitati concordiaeque bono datum erat.

Quae quidem quam vere dicamus, res loquitur ipsa. Nam omnes catholicae fidei expertes atque inter se

dissentientes de religione sectae, id sibi singulae sumunt ut omnino placitis institutisque suis suffragari sacras litteras contendunt. Adeo nullum mest tam sanctum Dei donum, quod non abuti ad perniciem suam homo queat, quandoquidem divinas ipsas Litteras, quod gravi sententia monuit beatus Petrus, *indocti et instabiles depravant... ad suam ipsorum perditionem* (1). His de causis Irenaeus, recens ab aetate Apostolorum idemque fidus eorum interpres, inculcare hominum mentibus numquam destitit, non aliunde accipit notitiam veritatis, quam ex viva ecclesiae institutione oportere: "Ubi enim Ecclesia, ibi et Spiritus Dei, et ubi Spiritus Dei illic Ecclesia et omnis gratia; Spiritus autem veritas (2)..... Ubi igitur charismata Domini posita sunt, ibi discere oportet veritatem "apud quos est ea quae est ab Apostolis Ecclesiae successio" (3).—Quod si catholici, quamvis in genere civilium rerum non ita coniuncti, connexi tamen aptique inter se unitate fi-

(1) II Petr. III, 10.

(2) Adv. Haer. lib. III.

(3) Adv. Haer. lib. IV.



dei mirabili tenentur, minime est dubium quin hujus praecipue magisterii virtute et ope teneantur.

Scotorum nobiscum de fide dissidentium complures quidem Christi nomen ex animo diligunt, eiusque et disciplinam assequi et exempla sanctissima persequi imitando nituntur. At qui mente qui animo unquam adipisci poterunt quod laborant; nisi erudiri sese atque ali ad coelestia eâ ratione et via patiantur, qua Christus ipse constituit? nisi dicto audientes Ecclesiae sint cui praecipendi ipse auctor fidei perinde obtemperari homines iusit ac sibi: *Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit?* nisi requirant alimenta pietatis virtutumque omnium ex eo, cui Pastor summus animarum vicario dedit esse sui muneris, universi gregis cura concredita? Interea certum Nobis est Nostris non deesse partibus; imprimisque supplices contendere a Deo, ut inclinatis ad bonum mentibus velit potiora gratiae suae incitamenta adiicere. Atque utinam divina Nobis exorata benignitas hoc Ecclesiae matri solatium optatissimum largiatur ut Scotos universos ad fidem avitam *in spiritu et veritate* restitutos complecti celeriter queat. Quid non ipsis sperandum, reconciliata Nobiscum concordia? Confestim effulgeret undique perfecta et absoluta veritas cum possessione bonorum maximorum, quae secessione interierant. Quibus in bonis longe excellit unum quo miserimum est carere: sacrificium sanctissimum dicimus, in quo Jesus Christus sacerdos idem et victima, Patri suo se offert ipse quotidie, ministe-

rio suorum in terris sacerdotum. Cuius virtute sacrificii infinita nobis Christi applicantur merita nimirum cruore parta, quem actus in crucem pro salute hominum semel effudit. Harum fides rerum florebat integra apud Scotos, quo tempore S. Columba mortale agebat aevum: itemque postea cum templa maxima passim exitarentur, quae maiorum vestrorum excellentiam et artis et pietatis posteritati testantur.—Necessitatem vero sacrificii vis ipsa et natura religionis continet. In hoc enim est summa divina cultis agnoscere et revereri Deum ut supremum dominatorem rerum, cuius in potestate et nos et omnia nostra sunt. Jamvero non alia es ratio et causa sacrificii, quae propterea *res divina* proprie nominatur: remotisque sacrificiis, nulla nec esse, nec cogitari religio potest. Lege veteri non est lex inferior Evangelii: imo multo praestantio, quia id cumulate perfecit, quod illa inchoarat. Jamvero sacrificium in Cruce factum praesignificabant sacrificia in Testamento veteri usitata, multo ante quam Christus nasceretur: post eius ascensum in coelum, idem illud sacrificium sacrificio eucharistico continuatur. Itaque vehementer errant, qui hoc perinde respuunt, ac si veritatem virtutemque sacrificii deminuat, quod Christus, cruci suffixus, fecit: *semel oblatum ad multorum exhaustiendâ peccata* (1). Omnino perfecta atque absoluta illa expiatio mortalium fuit: nec ullo modo altera, sed ipsa illa. in sacrificio eucharistico inest. Quoniam enim sacrificalem ritum comita-

(1) Hebr. IX, 28.

ri in omne tempus religioni oportebat, divinissimum fuit Redemptoris consilium et sacrificium semel in Cruce consummatum, perpetuum et perenne fieret. Huius autem ratio perpetuitatis inest in sacratissima Eucharistia, quae non similitudinem inanem memoriamve tantum rei affert, sed veritatem ipsam, quamquam specie dissimili: proptereaque huius sacrificii efficientia sive ad impetrandum, sive ad expiandum, ex morte Christi tota fluit: *Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus* (1).

Jam, quod reliquum est, ad eos qui catholicum nomen profitentur Nostra proprius spectat oratio: idque ob eam causam, ut proposito Nostro prodesse aliquid opera sua velint. Studere, quod quisque potest, proximorum saluti christiana caritas iubet. Quamobrem ab eis primum omnium petimus, ut huius rei gratia orare atque obsecrare Deum ne desinant, qui lumen efficax mentibus affundere, voluntatesque impellere quo velit, solus potest. Deinde, quia ad flectendos animos plurimum exempla posunt, dignos se ipsi praestent veritate, cuius divino munere sunt compotes; ac bene moratae instituto vitae adiiciant commendationem fidei, quam profitentur: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona* (2): unaque simul

[1] Mal. I, 11.  
[2] Math. V, 16.

civilium exercitatione virtutum efficiant, ut illud quotidie magis appareat, religionem catholicam inimicam civitati, nisi per calumniam, traduci non posse: quin imo alia in re nulla plus reperiri ad dignitatem commodumque publicum praesidii.

Illud etiam magnopere expedit, tueri religiosissime, imo etiam stabilire firmiter, septamque omnibus praesidiis tenere catholicam adolescentem aetatis institutionem. Haud sane latet Nos cupidae discendi iuventute suppetere apud vos publice ludos probe instructos, in quibus certe optimam studiorum rationem non requiras. Sed eniti atque efficere necesse est, ut domicilia litterarum catholica nulla in re concedant ceteris: neque enim est committendum, ut adolescentes nostri minus parati existant a litterarum scientia, ab elegantia doctrinae, quas res fides christiana honestissimas sibi comites ad tutelam et ornamentum exposcit. Postulat igitur religionis amor et patriae caritas, ut quaecumque catholici apte instituta habent vel primordiis litterisque, vel gravioribus disciplinis tradendis, ea constabilienda et augenda pro suis quisque facultatibus curent.—Aequum est autem adiuvari praecipue eruditionem cultumque Cleri, qui non aliter suum hodie locum digne utiliterque tenere potest, quam si omni fere humanitatis et doctrinae laude floruerit. Quo in genere beneficentiae catholicorum studiosissime ad opitulandum proponimus Colegio Blairsense. Opus saluberrimum, magno studio ac liberalitate inchoatum a sapientissimo cive, ne patiantur intermissione collabi et



interire, sed aemula munificentia in maius etiam proveant, ad fastigiumque celeriter perducant. Tanti enim id est, quanti providere ut ferme in Scotia sacer ordo rite congruenterque temporibus educi possit.

Haec omnia, Venerabiles Fratres, quae perpensis in Scotos animus Nobis expressit, sic habete ut sollertiae potissimum putetis. Porro eam navitatem, quam Nobis luculenter probastis adhuc, probare pergite, ut ista efficiantur quae non parum videntur proposito conducibilia. Perdifficilis sane causa est in manibus, ut professi saepe sumus, humanisque viribus ad expediendum maior; sed longe sanctissima, consiliisque divinae bonitatis apprime congruens. Quare non tam difficultas rei Nos commovet, quam recreat ea cogitatio, vobis ad praescripta Nostra elaborantibus, Dei miserentis opem nunquam abfuturam.—Auspicem celestium munerum, et paternae Nostrae benevolentiae testem vobis omnibus, Venerabiles Fratres, clero, populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino imperimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 25 Julii 1898, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.



## EX S. CONGREGATIONE CONCILII.

NANNETEN.

DISPENSATIONIS MATRIMONII.

Die 29 Januarii 1898.

Sess. 24 cap. 4 de ref. matr.

COMPENDITM FACTI. Anna-Maria in aetate 22 annorum constituta die 29 Junii 1891, servatis Tridentini solemnibus nubebat Petro-Josapho ann. 22, e Dioecesi Nanneten. Instaurata, ipsa matrimonii die, vita conjugali, sponsi eodem toro usi sunt; at nihilo secius, dicitur vir, matrimonium haud fuit consummatum: siquidem Maria vel quia, non perfecte sui compos, maritalium officiorum erat necia, vel quia ad ea obeunda ob hysterismum quem vocant, erat impar, semper conjugale debitum marito denegavit; et hunc, quem iam ter vel quater reliquerat, post sex menses non amplius reversura deseruit.

Vir, cum frustra tentasset illam ad se reducere, divortium civile (uti vocant) petiit et obtinuit, ac postea SSmum rogabit, ut dignaretur dispensare super suo matrimonio rato et non consummato cum Maria-Anna.

### Dubium.

*An consulendum sit SSmo super dispensatione a matrimonio rato et non consummato.*

RESOLUTIO. Sacra C. C. disceptata sub die 20 Januarii 1898, censuit respondere: *Praevia sanatione actorum, affirmative.*

## EX AEDIBUS VICARIATUS ROMAE.

STATUTA circa Tribunalia mulierum confessionibus excipiendis sive in publicis templis, sive in Gynaeciorum Sacellis.

Ad Reverendos Ecclesiarum Rectores, et muliebrium Coenobiorum, ceterorumque diorum Gynaeciorum Romae existentium Praesides.

Huic ecclesiasticae Curiae nuntiatum est, in nonnullis huius almae Urbis Ecclesiis, et in quibusdam religiosis mulierum contuberniis, Tribunalia Fidelium confessionibus audiendis destinata, in iis conditionibus, quae a sacris Canonibus praescribuntur, nequaquam versari.

Ad hunc abusum eliminandum, qui gravibus incommodis viam sternere solet, Ecclesiarum Rectoribus in memoriam revocamus, Tribunalia isthaec pro feminis, in templis loco aperto collocanda esse, densis fixisque cratibus obarmata (quas stabili velo circum operari vehementer expetimus); atque ita extracta, ut Sacerdos confessionem excipiens a muliere confitente omnino seiungatur.

Igitur tamquam abnormia habenda sunt huiusmodi pro feminis Poenitentiae tribunalia, quae sive in Sacrariis templorum sita sunt; sive etiamsi in templis collocata, tamen vel densa fixaque crate destituta, vel in remoto et obscuro loco seposita, ut sint ferme fidelium oculis abdita; sive demum quae unica tabula cum crate constructa sunt: dicta propte-

rea media confessionibus audiendis tribunalia.

Praeterea uti abnormia habenda sunt ea feminarum confessionibus excipiendis tribunalia, quae in muliebribus sive Coenobiis, sive quibuslibet aliis contuberniis constituta, praeter densam fixamque cratem, stabili velo, quo fiat invisibilis Sacerdos, munita non sint; itemque ea, quae ita collocata sunt, ut et Sacerdos audiens et femina confitens in uno eodemque solo et aeris ambitu consistant.

Haec omnia aliaque similiter abnormia Poenitentiae pro feminis tribunalia infra mensem ab hac die qua has literas damus, prorsus eliminantur, aut emendentur; idque, qui haec scribit, a Praesulibus iussus, omnibus quorum interest, expresse praecipit; commonens, se, statuto tempore elapso, ecclesiasticos viros missurum, qui coram, suis ipsorum oculis comprobent, utrum hisce mandatis obtemperatum sit.

Hic vero, capta occasione, in memoriam revocandum arbitratur, mulierum confessiones nec quidem in templis, quamvis Poenitentiae tribunalia sint iuxta sacros Canones admissim conformata et collocata, vespere media hora post crepusculum [quo angelica salutatio a fidelibus recitari consuevit], sine speciali prorsus privilegio, non posse.

Dat. ex Scribarum Curia Emi Cardinalis vicaria Pontificis potestate fungentis, die 9 Februarii 1898.

LUCIDUS M. CARD. VICARIUS.

L. + S.

PETRUS Can. CAECCHI a Secretis.



## SECCION III.

## Nueva superstición o..... tontería.

(De' Boletín "La Santa Cruz," de Marzo de 1895.)

Dos son los seres que se disputan el imperio del mundo: Jesucristo, Hijo de Dios vivo, Señor y dueño absoluto, á quien corresponde por derecho de Redención, si se dudare de los otros derechos de Creación y Conservación, que como Dios tiene sin disputa sobre todo lo creado y en particular sobre el hombre, hecho á su imagen y semejanza y colocado al frente de la creación como su rey y señor.

El otro es Satán, la antigua bestia que desde el Paraíso siempre ha procurado esclavizar al hombre, á quien odia por ser imagen de la Divinidad; al hombre, que aspirando siempre á la perfección, no repara en los medios de alcanzarla, y por eso, cuando la astuta serpiente habló á Eva tentándola para que comiera la fruta prohibida, la dijo: *Eritis sicut dii*. Sereis cómo dioses.

## II

Estos dos seres no desean otra cosa, no buscan otro fin, y nada les es más caro, sino hacer prosélitos, reunir en derredor almas que solamente piensen, hablen y trabajen en pro de sus intereses.

Así Jesús, mostrando su amoroso pecho herido por la lanza, nos enseña la puerta para entrar al sagrario de su adorable Corazón, de ese Co-

razón que tanto nos ama; pero sobre el cual se ve la Cruz, que es la señal por la que se conocen los cristianos; la Cruz, que hace diecinueve siglos ha sido el remate de todas alturas, el adorno de todas las frentes, el anverso de todas las monedas, el esfuerzo de todos los escudos, la coraza de todo pecho noble, la alegría de todas las cunas, la sombra de todos los sepulcros, y por último, la señal de todos los cristianos, y digo de todos los cristianos sin distinguir buenos ó malos, porque hasta hace muy poco tiempo, todos los cristianos al ver abiertos los brazos de la Cruz, los buenos se acogían á ella por amor y los malos por temor.

## III

Así, pues, según las Sagradas Escrituras, en los últimos tiempos serán conocidos los hijos de la luz por el signo de Tau (letra hebrea semejante á una cruz), que resplandecerá en su frente, para que sean libres de la espada del Angel del Señor como lo fueron los israelitas en Egipto.

De la misma manera Satanás, aparentando belleza y gallardía para alucinar á sus secuaces, les promete la felicidad, y para ello se vale de los goces sensuales, mas como para conseguirlo no hay mejor medio que el dinero, he aquí que todos los esfuerzos de los mortales tienden á adquirir el vil metal, con cuya posesión se proporcionan la mentida y efímera dicha.

Así como el Hombre Dios nos dá una señal sensible para conocernos, así también el demenio hoy ha inventado un signo cuya forma adap-

tada á sus aviesas miras, alejándonos de la enseña de la Cruz, nos dé á conocer á sus partidarios; y para ser consecuente con el fin que se propone, ha encontrado que la letra omega, última del alfabeto griego, nos haga creer que nuestro último fin es el dinero, como medio de felicidad según el mundo. ¿Qué mejor objeto y más fácil de adquirir hay que iguale á la omega, sino la herradura?

Por tanto, he aquí su signo.

## IV

Lo más triste es ver cuántos cristianos que se precian de católicos, sin reflexionar en esto, hoy colocan en vergonzoso consorcio á la Santa Cruz y al inmundo despojo gastado y roto de un viejo roín.

Admira el rápido incremento que esta sucia superstición va adquiriendo.

Nada extraño sería encontrar en una casa en que la benéfica Cruz no reina, que la herradura impere. Al fin, el hombre tiene necesidad de rendir culto externo; por tanto, cuando falta el Dios verdadero, se forjan ídolos. Pero lo que no puede pasarse, es que personas que frecuentan los Santos Sacramentos, se dejendominar por la corriente rápida de la moda, y sin parar mientes en si es ó no decoroso y digno, guarden el calzado estropeado y sucio, no ya de un hijo amado que les fué arrebatado por el cielo, no de una tierna esposa cuyo recuerdo grato y triste les alimenta ilusiones pasadas; sino de una acémila de carga ó de algún jaco de mondalera.

Y si al menos esto fuera por algún

ligero aunque ridículo aprecio al animalito, pase por excentricidad; pero que el fin con que se guarde y (con pena lo digo) se venera la herradura usada, sea como un talismán de dicha.... como un amuleto que traiga la felicidad á quien tuvo la fortuna de encontrarla! Con razón dice el Espíritu Santo; es infinito el número de los necios. *Stultorum infinitus est numerus*.

¡En qué poco basa el hombre su dicha, cuando hoy corre tras de una bestia que chapalea, hasta no recoger el deseado despojo con que cree meter en casa la felicidad!

## V

Muchas son las supersticiones que por desgracia prevalecen entre los católicos del día, es decir, entre esa multitud de gente que aunque ha recibido el bautismo y asiste á los Santos Oficios, siquiera sea por bien parecer y por cumplir con la sociedad pero que sin embargo, si se les pregunta quién peca contra la fe, probablemente contestarán como el indio que sabía la doctrina *revolvidita*: el Romano Pontífice, á quien debemos entera obediencia. Esos calólicos, desgraciadamente, aunque de buena voluntad, son de poca instrucción, no dejan de temer que la sal se caiga sobre el mantel ó que haya trece en la mesa, y se espantan viendo plumas de pavo en una sala, se ensañan contra inocentes palomas domésticas por ser de mal agüero, cuando la araña zancuda que vive junto á la cama y se afectan sus nervios al ver bailar un cuchillo sobre la mesa, y cosas por el estilo; ¿qué extraño es,



pues, que tengan la famosa herradura vieja sobre el dintel de la puerta, sobre el escritorio, y lo mas original, en el *boudoir* de alguna elegante señorita, que no se atrevería á tocar con la punta de sus delicados dedos la tosca mano de algún anciano valetudinario para ayudarlo á levantarse del suelo en que ha caído por su debilidad y enfermedades.

Esta superstición, ó mejor llamémosle tontería, que de ambas cosas participa la preocupación de la herradura, tiende á extenderse día á día; y como parece que hasta hoy no ha habido quien se fije en combatir tan grosero error, me he atrevido, no obstante mi ineptitud á escribir algo sobre el asunto, y sin llevar más fin que el de buscar la mayor gloria de Dios y cumplir con las obras de misericordia de dar buen consejo al que lo ha menester y corregir al que yerra, que ya es mucho errar el herir con herraduras.

A inteligencias bien cultivadas, á ingenios verdaderamente ilustres toca desarrollar la idea que expongo, entre tanto, mi gloria consiste únicamente en la Cruz da Cristo.

† \* DE ARENALES.

## LAS ESCUELAS LAICAS son contrarias á

### la Religión Católica.

(DE "EL TIEMPO.")

La escuela no es el edificio destinado para local de enseñanza; es el conjunto de alumnos que reciben instruccio-

nes del maestro en un lugar determinado. Ellos son, por consiguiente, quienes imprimen á las escuelas el carácter que han de tener ó el nombre que han de llevar, en armonía religiosa y moral; y así las escuelas serán católicas, protestantes ó neutras, según que sus alumnos sean católicos, protestantes ó neutros. Experimentamos repugnancia invencible en calificar de neutros á los educandos; pero hemos de hacerlo así, por el momento, para descubrir mejor la irracionalidad de la enseñanza laica ó atea, nombrada también neutra.

Es evidente que las escuelas católicas llevan este nombre sólo porque en ellas se enseña el catecismo de la Doctrina Cristiana, sino también y principalmente porque todos sus alumnos ó la mayor parte de ellos son hijos de padres católicos. Ahora bien, desde el momento en que llamamos católicas á las escuelas compuestas de niños católicos, nadie tiene derecho de colocar á la cabeza de ellas un protestante, un judío ó un librepensador.

(Concluirá.)


## Homenaje á S. S.

### León XIII

Próximamente publicaremos un número especial que dedicaremos á S. S. León XIII, como un sencillo homenaje de nuestra filial adhesión y gratitud, con motivo de la apertura solemne del 1er. Concilio Plenario Latino-Americano, que tendrá lugar el 28 del presente mes en la ciudad de Roma.

Calleres de Imprenta, Encuadernación y Rayados.  
de Luis G. González. • Alcalde R.

# COLECCION DE DOCUMENTOS ECLESIASTICOS.



Imp. Ancira Hno. A. Ochoa.

Responsable, JESUS BERRUECO.

TOMO IX.

GUADALAJARA, JUNIO 8 DE 1899.

NUM. 35.

## SECCION I.

Ex S. Cong. S. R. U. Inquisitionis.

**DUBIUM** an pro parochorum coadiutoribus obtinere possit delegatio dispensandi super impedimentis dirimentibus in articulo mortis.

Feria IV, die 25 Maii 1898.

In Relatione Status Ecclesiae Colocen. et Bacsien. exhibita S. Congregationi Concilii die 26 maii 1897, sequens reperitur *Postulatum*:

«Cum sæpe sæpius, ob parochiarum multitudinem magnumque parochianorum numerum, infirmorum provisio per parochorum adiutores fieri soleat, petitur ut facultas dispensandi iuxta litteras S. R. et U. Inquisitionis die 20 febr. 1888 locorum Ordinariis concessa, non solis parochis, sed etiam eorum adiutoribus et universim confessariis approbatis modo generali subdelegari possit».

Cum hoc *Postulatum* transmissum fuerit ad hanc *Supremam* S. R. et U. Inquisitionem, in Congregatione Generali habita ab EEmis.

et RRmis. DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, præhabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi. ac RRmi DD. rescribi mandarunt:

*In terminis in una Wratislaviensi fer. IV die 17 februarii 1892, idest: Supplicandum SSmo. pro gratia arbitrio Episcopi pro sacerdotibus idoneis in locis Diæcesis remotioribus, dummodo tempus desit recurrendi ad Ordinarium vel Parochum et periculum cit in mora, ad quinquennium.*

Feria vero VI die 27 eiusdem mensis SSmus, per facultates Emo Cardinali S. R. et U. Inquisitionis Secretario concessas, benigne annuit pro gratia.

I. CAN. MANCINI S. R. et U. I. Not.

**DUBIUM** de tactu phisico in tertia manuum impositione in ordinatione ad presbyteratum.

Beatissime Pater,

Episcopus N. N., ad S. V. pedes humiliter provolutus, exponit quod in ordinatione cuiusdam presbyteri, ad formam *Accipe Spiritum Sanc-*